



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae  
Domini**

**Melanchthon, Philipp**

**Ratisponae, 1560**

**VD16 M 3533**

Scholia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

## S C H O L I A.

(P) NEC CVM CONTENTIOSIS ) Sed cum  
pedaneis, qui pedib. in sententiam eant: Dictorum cau-  
fas & fundamenta non quærant, aut subito cedant, eo fo-  
lo contenti, q Philippus dicit, qui vt alter Papa, errare  
non possit: Tales h̄c vult disputationes Philippus.

(Q) QVI IDOLA ET PARRICIDIA stabiliunt)  
Obserua, Christum h̄c esse, qui idola & parricidia sta-  
biliat: Ipse .n. ille est, qui de pane sacræ suæ Cœnæ ait:  
HOC EST CORPVS MEVM: Vultq; h̄c ita doce-  
ri, credi & seruari in Ecclesia, donec venerit. Quo vultu  
credis, aspiciet Philippū in altero aduentu suo, nisi ege-  
rit poenitentiam Philippus? Atqui contrà nos dicimus,  
Philippum stabilire ipsum idola & parricidia. Idolum  
stabilit sua doctrina, qua humanæ rationis somnia, sine  
verbo, & contra Christi verba h̄c vult adorari. Parrici-  
dium stabilit violentis & crudelib. suis consilijs, quibus  
eijci pios doctores, defensores veritatis iubet, ijsq; ma-  
trem ecclesiam interficit.

(R) SAEVICIAM) AEgre fert raptor rapi-  
nam eripi è manib., queritur iniustitiam & saeuiciam.

(S) MANEO IN SENTENTIA) Audis ad-  
huc stabiliri idola & parricidia.

(T) CONTENTIONES ESSE prohibendas)  
Iuxta dicta: Posui inimicitias: Clama, ne cesses: Argue,  
increpa, opportune, importune: Spiritus S. arguet  
mundum. Et q Prophetæ, Christus, Apostoli in te-

meris Ecclesijs non contenderunt scz, cum Pseudoprophetis & Pseudoapostolis suis, sed ad omnia connuerūt: Hæc via, hæc ratio nunc, conseruandi & propagandi veritatem & ecclesiam.

(V) FORMA VERBORVM VNA) Philippi, scz in Examine Megalburgen. Iuxta illud Apostoli:

*Υποτυπωσιν ἐχει γιανόντων λόγων ων παρέμματα*  
Retine formam sanorum verborum, quæ audisti ex me:  
Vel ipsam Pauli formam retineamus, explosa Christi, vt  
locum habeat Cingiana interpretatio.

(X) QVIB. HAEC NON PLACENT) Ecquid placerent, quæ Christo non placent? quæ Christū contumelia afficiunt, ex sua ipsum Ecclesia exturbant.

(Y) AD COMMVNIONEM ACCEDERE) Nolumus nobis esse communionem cum Cinglianis, q;uis ipsi nobiscum esse vellent, modo si taceremus: Sed neutrum possumus, propter mandatū Dei: Ut de communione: Ne ducatis iugum ctim incredulis: Quod .n. consortium iustitiæ cum iniustitia? Quæ communio luci cum tenebris? Et de silentio: Clama, ne c esses, vti superius. Psalmus etiam ait: Credidi, propter quod locutus sum: Ego autem humiliatus sum nimis. Cæterum illud humiliari, multos iam terret, vt ad omnia silentiant, scientes & volentes opprimi veritatem (quantum in ipsis est) ociosi spectatores sinant, qui clamorib. templis, libris orbem alias etiam complent, Deo rationem desperationis huius reddituri.

NON

(Z) NON FACIANT DISTRACTIONES)

Audi de hoc Christum dicentem: Putatis, quia pacem  
veni mittere in terrā? Non pacem, sed separationem etc  
Et ignem veni accendere: Quām velim vt ardeat.

(A) VT DOCEAT) Docet nos verbo: Quid  
est ergo petere doceri, & nolle obtemperare?

(B) DELIBERETVR IN PIA SYNODO)

Idem nos optauimus semper, cōcedimus & optamus pa-  
res etiam esse vtrinq; cōditiones, ne detrimētū patiatur  
veritas. Quam ipsi nobis dare vellent Synodus Cinglis-  
ani & Adiaphoristæ, vereor ne Papisticæ multum abfi-  
milis foret.

(C) EX AVTOGRAPHO) Ne dubites de fide:  
Quam si quis in dubium vocet, primi authores huius edi-  
tionis pro authoritate adstruent.

C O N C L V S I O,

**I**NVC credule, quisquis es, crede & excusa Philippū  
non esse Caluinianum: Sorex suo se indicio prodi-  
dit: Audiimus testimonium ex ore ipsius, quid amplius  
desyderamus? Vt nō sit necesse Caluino iam credere, aut  
alijs quibuscunq;, credamus ipsi.

Etsi vero & Caluinus scripsit superioribus annis,  
Philippum à se totis amplius septemdecim annis nūsq; in  
hac causa dissensisse, ac planè cōsensisse aduersus Luthe-  
rum, & ipse iam hīc suo testimonio, vt prius silentio, plus  
satis confirmat, adeo sunt tamen inani prosopopolipsia